



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

6. Intelligentem Animam esse hominis formantem formam in hominibus
singulis multiplicatam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

Atq; vt eadem est entitas, quæ & intelligens est & im-
 materialis, & corporis forma, sic eadem est operatio,
 eademq; essentialiter intellectio cum phantasmate, &
 intellectio à phantasmate absoluta, solusq; intelligendi
 modus diuersus est: quippe eadem est animæ essentia,
 tum in corpore, tum extra corpus, essendi tãtũ modo
 diuersa. Ex hac igitur separabili operatione, quæ essen-
 tialiter non requirit phantasma, sed sine illo perfici
 potest, colligitur maximè animam quoq; separabilem
 esse, neq; essentialiter indigere corpore, sed absque illo
 posse subsistere. Dum enim ex operatione queritur
 cognitio formæ, nõ ita hæc cognoscitur, vt ex naturalis
 operationis duratione duratio formæ colligatur, alio-
 qui in summo operatione cessante non esset anima: sed
 ita vt ex operationis conditione & natura, conditio &
 natura formæ concludatur. Et quoniam intellectu sua
 natura non eget corpore, ex ea verè conficitur animam
 quoq; corpore nõ indigere, sed per se subsistere imma-
 terialem, separabilem, immortalem. Neq; separatam
 fore otiosam, cum propriam habeat operationem, quæ
 cum ea separatur. Neque enim operationem, sed ope-
 randi modum mutat, dum intellectiõnem recinet, sed
 corpore relicto abiicit quoq; phantasmata. Et vt mo-
 dus ille, qui est sine phantasmate absolute nobilior alte-
 ro sit, qui phantasmate vtebatur, melior tamen non est
 rationali animæ quatenus corporis est forma: quia in-
 completa cum sit & dimidiata substantia, operationem
 potius cum corpore communẽ intellectiõnemq; cum
 phantasmate querit. Et ipsa quidẽ à corpore separata est
 imperfecta, quoniam forma & pars alterius: vim tamẽ
 patitur nullã, quia immaterialis & subtilis apta est per
 se post corporis interitum coherere. Nec desunt, qui
 absurdum non esse respondeant volentũ quidpiã per-
 petuo in indiuiduo, modo in vniuersa specie non sit.

Quod si formam miseris imperfectam aut etiam per
 vim sempiterno manere tempore, an non maius fuisset
 incommodum intelligente anima priuari mundum?
 Satiùs igitur fuit eligere id, quod erat minus, vt maius
 alterum videretur. Nam & corpora grauiã sursum saepe
 mouentur, vt videretur vacuum. Caterũm ex hoc futu-
 ram colligas nostrorum corporum resurrectionem,
 eamq; naturæ lumine cognosci hoc argumento posse:
 quamuis modus, tempus, & circumstantiæ cetera non
 nisi diuina reuelatione cognoscantur. Deniq; etiã de
 separato illo statu nihil sciremus, immortalitas tamen
 propterea negada non esset, quam tot necessarius argu-
 mentis concludimus. Nam & Aristotelẽ antea diximus
 animam quidem cognouisse à corpore separari, in aliis
 tamen plurib; quæ cum hoc coharebant, dubiũ hæsisse.

*De separa-
 tione su-
 sura.*

*De ani-
 ma separa-
 tione
 corporis.*

Diximus & antea de separationis modo. Non enim
 motu ad locum, neque alteratione ipsius, sed corporis
 potius, separatur, dissolutõq; ac corrumpente corpore stat
 incolumis ipsa, ab ea cessans formatione, quam antea
 corpori tribuebat. Quod est incorporeum, inquit Por-
 phyrus in lib. de occultationib; si quando in corpore com-
 prehendatur, non aliud quidem vllum ipsum alligat, sed
 ipsum certe seipsum. Neq; igitur resoluat ipsum cor-
 pus, quando transigitur aut interit, sed ipsum potius se-
 metipsum enodat, quando à familiari erga subiectum
 affectione diuertit. Et in Alclepio Mercurius cap. 10.
 Mors efficitur dissolutione corporis labore defessi, &
 numeri cõpleti, quo corporis mēbra in vnã machinã ad
 vitales vsus aptantur. Moritur enim corpus, quãdo ho-
 minis vitalia ferre posse desierit. Hoc ergo est mors,
 corporis dissolutio corporalit; sensus interitus. Hoc
 enim quod mortẽ homines vocant, inquit Max. Tyrius
 in ser. 25. immortalitatis initium est & futura vitæ pro-
 creatio, pereuntib; scilicet sua lege subõq; tempore cor-
 porib; animis vero ad propriũ locum propriãmq; vitam

A ascendit. Hac verò formatione cessante anima trans-
 entelechiam & perfectionem corporis dicimus, non
 actũ, sed potestatem, quod rursum apta sit cum corpore
 coniungi, illudque perficere.

Dum autẽ pendentiã & nexũ causarũ, materiam pre-
 fertim & formam, corporis & animæ, Pomponianus
 querit, eo nexu cõtētũ sit, qui est in propria linguis
 causarũ causalitate. Vt quemadmodũ forma & anima
 est apta dare esse, constituere, & actuare corpus, ita
 cõmissim quoque potestatem sit ad illud esse luicõpendium.
 Neq; opus est ex illa materia formam educi. Nãq; in
 prima rerũ omnium productione ex materia elementa
 alteriũve cuiusvis rei forma factũ est vnũ entitũ,
 nec tamẽ formaeducta est ex materia, sed à Deo formã
 cum ea creata: & in singulorũ hominũ productione
 intelligens anima creatur à Deo, vel vt Aristoteles loquitur
 batur, forinsecus aduenit, & tamen cum corpore facit
 vnũ ens per se. Et si quælibet alia materialis forma cre-
 retur à Deo atque cum materia coniungeretur, quoniam
 cum ea faceret vnũ per se: ad extremũ quod idẽ autẽ
 putat naturali luminĩ repugnare intelligente animam
 absolutẽ & sua substantia in corruptibile esse, & cõm-
 quid corruptibile vt est vnita materĩ, leue est & nullũ
 firmis rationib; confirmatũ. Contrãq; id à nobis ostẽ-
 sum est ex illius operatione totõq; naturæ lumine ne-
 cessariũ colligi. Vt hic sit finis de tota immortalitate
 disputandi.

*Intelligentem animam esse hominis formam
 in hominib; singulis multiplicatam.*

Tertia Auerois propositio fuit, intelligente animam
 assistentẽ hominis formam esse, non formantẽ & essen-
 tialem: quodq; hinc consequens est, communẽ animæ
 omni definitionem initio 2. lib. à philolopho tractantem
 homonymẽ illi conuenire. Materialẽ alia formã, quæ
 cogitantiũ nominauit, essentialẽ esse formã à volũtate
 pro indiuiduorũ hominũ numero multiplicatã, illã in
 omnib; vnam. Quartam hanc hominis propositiõnem
 numerare licet. Neq; defuerunt nostris temporib; qui
 vt augerent monstrũ, vnã in omnib; formantẽ formam
 ponerent. Et alij ne immortalitate ad illã multiplicatã
 æternitate, infinitum animarum numerum fieret, cog-
 gerentur, certum maluerunt earum numerum ad quã-
 alia & alia corpora migrationem eligere.

Secus Aristotelẽ sensibile ex plurib; locis cognoscitur
 quod ad formationẽ actinet, primus illã ipsam samo-
 minatam definitionẽ continet. Nam in tex. 1. eius lib.
 palam pollicetur cõmuniũsimã omni animæ definiti-
 nem, quæ defectum antiquiorũ suppleret, quos in tex.
 lib. 1. grauius reprehēderat, quod non de omnib; sed de
 sola humana anima loquuti essent. Hãc verò ipse com-
 tere non debuit, quæ & potissima est, scab illis constab-
 rata: verũ ceteras quoq; ab alijs prætermittas cõplicitã.
 Definitionẽ hanc dum inuestigat, substantia partem
 tex. 2. in materia, formã, & cõiunctũ formamq; quam
 appellat actum, formantẽ formã, significare certum est.
 Tum quia eam facit cõiunctũ partẽ, quod in categoriæ
 substantia contineatur. Tum quia materiã appellat po-
 testatem, & formam actum, perfectionem & speciem
 materĩ, quæ potestas est essentialis: & per eam ait hoc
 aliquid, id est perfectam substantiam dici. Tum verò
 in tex. 4. animam vnũserẽ probat non esse materiam,
 sed formam. Quare cum formantem antea & essen-
 tialẽ materĩ actum nominasset, omnis profectõ
 anima formans & essentialis est forma. Rursum ani-
 mam probat non esse corpus, quia corpus non est in
 subiecto, anima verò in subiecto: at assitens formam
 subiecto esse non dicitur. Ex his mox definitionem
 eam colligit, quam in tex. 7. & 8. omni animæ cõm-
 muniẽ

munem esse inculcat. In qua cum actum primum antea dixisset essentialē actum & formantem, hunc ipsum intelligere necesse est. Et rursum cum addat (potestate vitam habentis) cum eo actu potestatem coniungens, quemadmodum in tex. 2. materiā cum forma coniunxerat, idem apertissime docuit. Confirmatq. rursum, ex eo statim colligens querendū non esse, num ex anima & corpore fiat vnum per se, et si corpus organicum quidpiam actu esse videatur. Etenim aliquid quidem actu est in se, at potestate ad animam. Et idēdum in tex. 2. materiā & formam potestatem & actum esse accepit, tum in anima definienda eam esse actum commemorauit, & corpus potestate ad illam. Cui loco si adiungatur text. 15. lib. 8. Metaph. ex quo hac rotidē penē verbis iisdem exemplis desumpta videntur, manifestum id magis fuerit. Ostēdit enim, vt definitio est vna, ita id quod definitur, vnum esse oportere neq. vna definitione posse multa contineri: partes autē definitionis propterea vnum efficiunt, quoniam altera potestas est, altera actus. Itaq. dum Aueroes definitionem eam ait esse homonymam, non solum turpissimā philosopho inuit notant, quōd tam præclare doctrinā de anima, quam antiquis omnib. confutatis fuerat ipse pollicitus, homonymā definitionē principium fecerit, cum homonyma nequeat definitione vna comprehendī, sed multiplex natura multiplici item definitione debeat explicari. Verū ille verba, quę Aristoteles subiunxit, planē non animaduertit. Quin etiam in tex. 8. & 9. idēdum ipse philosophus ex instituto probauit omnem animam esse formam, vt quod quid erat esse, hoc est formantem & essentialē corpori. Vnde illud in tex. 10. vt oculus est pupilla & aspectus, sic animal est corpus & anima. Quare vt aspiciendi facultas non assitit, sed format pupillam, neque operationem modō, sed esse quoq. pupillā tribuit: sic & anima quæuis ad corpus se habet.

Alter locus est in tex. 13. eiusdem lib. quoniam enim, vt in tex. 3. positum est, animata ab inanimis distinguuntur anima, cum animā definiuisset actum corporis potestate viuētis, vt eam definitionem demonstraret, accepit in tex. 13. animata ab inanimis distinguī vita, ita vt anima viuēdi principii sit, veluti actus qui corpus potestate viuētis facit actu viuere: actu in quā primo, non 2. dūtaxat, forma scilicet formate & essentiali, nō assitēte. Quippe vitales operationes ab interno principio, quod in ipso viuēte sit, nō ab externo, proficisci oportet, vt in cod. t. 3. 14. & 16. & singulorū inductione manifestū est. Inter autē vitę gradus intellectū quoq. cōmemorat: est igitur ipse non minus, quam reliquę animę partes, internū & essentialē vitalium operationum principium.

Tertius locus est in text. 19. in quo dubitat, num horum graduum vnusquisq. ita sit essentialē hoc & internum principium, vt sit anima integra, an pars anime: & rursum an sit in organo & corporis parte ab aliis diuersa. Quę nimirum dubitatio eos omnes supponit essentialē esse corporis actus. Confirmatq. responsio, quam ad posteriorē quæstionē adfert, in quibusdā manifestū esse, in intellectu non itē. Quoniam scilicet antea probandū esset impermissū eum & inorganicum esse. Videri tamen esse aliud genus anime: nō quōd actus corporis non sit, quēadmodū interpretatur Aueroes (huius enim contrarium ex allata definitione supponebatur): sed vt ipsemet subiungit, quoniam is solus separari potest tanquā perpetuum à mortali, ceterisq. cum corpore pereuntibus ipse solus superest immortalis. Nā propterea genus aliud anima videtur esse, quoniam corruptibile & in-

corruptibile differre genere existimantur in tex. 26. lib. 10. Metaph. Itaq. in eo cum ceteris vitę gradib. conuenit, quōd essentialis est actus corporis: differt autem, quōd reliqui mortales sunt, hic immortalis.

Quartus locus est in tex. 24. vbi altera definitio anime rem eandē ostendit. Nam tum accipiens, id, quo primum res quępiam operatur, aut materiā esse aut formā, quia hæc sunt partes & principia illius prima: potius autē esse formā, formantē scilicet, quę species sit & ratio in materia disposita ab agēte producta, animam vniuersē definit eise id, quo primum viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus. Tum ex hac definitione priorē alterā demonstrat, id, quod primū operatur, quidpiā est illius, forma, non materia; Anima igitur actus est & forma animatorū corporum, non materia & subiectum. Quare vt anima cetera actus sunt & formę essentialē, quib. primū viuimus, sentimus, & mouemur, sic etiā intelligens est, quā primū intelligimus. Eodēq. modo prior illa definitio concluditur omnib. conuenire. Sanē nulla alia ratione probauit philosophus ceteras animas formantes esse formas, quā quia illis primū viuimus, sentimus, & mouemur: eadēq. intelligentē probat: Quę ratio ex operatione ducitur.

Quintus locus est in tex. 25. in quo eandē substantiā partitionē repetens, quā in tex. 2. fecerat in materiā, formā, & coniunctū, materiāq. potestatem esse, formā actū: animā vniuersē conficit esse actū & formā, quę vnita corpori animatū corpus absoluat. Negari non potest de formante & essentiali formā, quę cū materia compositum substantiam faciat, sermone esse. Animāq. intelligentē contineri constat: tum quōd vniuersē de omni anima sermo sit: tū ex superioris textus definitione, in qua ea quoq. hominata fuit.

Sextus locus est in tex. 26. vbi generatim demonstrat animā quāuis non esse actū cuiusuis, sed determinati corporis: quoniam quilibet actus in qualibet materia & potestate non suscipitur, sed in determinata & certa. Quę probatio & apertē de sola formante forma loquitur, nec intelligenti minus, quā ceteris animabus & formis, conuenit.

Septimus locus est in tex. 36. & 37. animam enim omnem asserit corporis esse causam triplici genere, efficientē, finalē, & formalem: formale in quā, velut animati corporis essentiā, dum assitēs ad efficientē potius pertinet. Probat autem, tum quia viuere viuētib. est esse, viuunt autē per animā & inter vitę gradus commemoratus est intellectus in tex. 13. tum quia omnis anima est actus corporis potestate vitę habentis. Quare perspicuū est actū in ea definitione positum non assitētem, vt Aueroes cogitauit, sed formantem & essentialē actum significare.

Octauus locus est hic ipse 3. lib. à quo nunc ad hæc discutiendā digressi sumus. Eecum si intellectus noster formans forma aut formantis formę facultas non esset, sed separata cuiuspiā assitētis nobis intelligentiā, de illius natura essentialiq. differentia, vt in tex. 1. proposuit, nequaquam Philosophus ageret: quemadmodum nec egit in naturalibus libris de intelligentiarum ceterarum, quę cęlestibus assitunt orbibus, natura & essentia. Quoniam ea, vt abstracta, ad physicum planē non pertinet.

Huc spectat tex. 26. lib. 2. Phys. qui tanquam nonus locus numerari potest. Terminum namque considerationis naturalis materiā esse constituit, neque formas in hac scientia considerari, nisi vt sunt in materia, quemadmodum à medico neruus per ordinem solum ad sanitatem, & à fabro æs vsque ad aliquid considerantur: formas autē suapte

natura separatas ad primū philosophum pertinere. Immo inter naturales formas humanā adfert velut supremā, quæ naturalis cōsiderationis terminus sit: Sol inquit & homo procreant hominē: hanc eandē in materia, hoc est materiæ formā & actū esse significans. Quod si responderint Auerois discipuli, hominem esse hominē non per intelligentē animam, sed per sentientē aliam & cogitantē: apertis Philosophi verbis in cap. 4. lib. 2. de animalū ortu cōvincuntur. Quoniam tres solas in homine animas produci asserit, atq; per vegetantem fieri plantam, per sentientem, animal, per intelligentem hominem.

10. Decimus locus est in tex. 36. huius tertij lib. in quo mox dubitabit, num intellectus hic noster existēs in corpore separatas substantias intelligere queat. Nulla verō esset dubitatio, si intelligentia quæpiam foret suapte natura abstracta corporib. nostris solū assistens, quemadmodū nulla est de intelligentiis, quæ assistunt cœlis. At maxima est, si sit formans & essentialis forma. Quam verba illa magis confirmant, quæ ad initiū 2. lib. Metaph. leguntur; Intellectū nostrū perinde ad abstractas illas substantias sese habere, atq; vespertilionis oculus ad lumen diē se habeat. Quæ verba de separato & assistente intellectu nunquam dixisset philosophus, de formate dicuntur verissime; quia propter essentialē vnionem in omni sua cognitione a corpore, corporisque sensibus & phantasia magnopere pendet.

Vndecimus locus est dubitatio illa text. 12. & 13. lib. 1. an intellectio sit propria solius animæ operatio: & num phantasia sit, vel non sine phantasia. Et illud, quod in 3. lib. affirmatur in tex. 30. & 39. oportere intelligentē intueri phantasmata, nec vnquā sine phantasmate animā intelligere. At quemadmodū de intelligentiis cæteris nec dubitationē eam vnquā proposuit, nec de illarū intellectione ita loquitur est, sic neq; de anima nostra dubitaret aut affirmasset, si eam separatā esse intelligentiā corporib. nostris assistentem existimasset. Certum enim esset illius intellectiōnem operationē esse à phantasia diuersā animæ solius propriā, id eōq; absq; phantasia constare posse. Plurimū verō difficultatis habet, si essentialis forma sit, propter essentialē cum corpore corporeisque sensibus vinculum.

12. Duodecimus locus est tex. 53 lib. 1. in quo Pythagoram reprehēdit & animarū illā in diuersa corpora migrationē fabulā esse arbitrat: animamq; vnquamq; ostendit propriū sibi debere habere accommodatē dispositum corpus. Quod sanē essentialis & formantem formam significat, de quæ hominum animabus est sermo.

13. Decimus tertius locus est in tex. 64. & 66. eiusdem lib. Num irasci, misereri, amare, odisse quodq; intellectus propriū est, addicere, ratiocinariq; negat esse folius animæ operationes, sed totius coniuncti esse affirmat: vt perinde sit dicere animā solā hæc agere, ac si eam texere aut adificare diceret. At si humanus intellectus non essentialis pars, aut forma hominis formans, sed perfecta & abstracta substantia esset, verissime illi soli tribueretur: & verō etiā tribui oporteret, tametsi corporeū intueretur phantasia. Quæ admodum illa ipsa intelligentiarū separatarum operatio solis illis tribuitur, quæ consentiente Auerois alia extra se intuentur atque intelligunt.

14. Decimus quartus locus est in text. 16. & 17. lib. 12. Metaph. Cū enim de formate forma loqueretur, mouentē quidem causam ait multo tēpore id, quod ab ea mouetur, antecedere posse, at nullam formam

priorem esse posse coniuncto, cuius est forma, sed vnāquamq; simul cum eo esse (assistente, quæ est vt mouens, certū est multo priore tempore esse. Quæ enim naua prior sit nauis?) Et vt ostēderet generalē se illa propositione intelligentē quoq; animi velle formantem, non assistente, formā compræhensibilem, statim subiungit, posse tamen fortasse formā aliam, posteriorē esse coniuncto, eōq; dissoluto superari, velut intelligentē animam. Si autem, inquit, animus posterior permanet, considerandū est. In quibus enim nihil prohibet: veluti si anima tale sit, non omnis, sed intellectus. Omnem namq; formam impossibile est. Quæ verba optimē etiā interpretantur sententiā tex. 11. lib. 2. de anima, quo magno opere obicitur Auerois. Quod enim ibi ex animæ definitione collegit, animam, quia est actus corporis inseparabilē ab eo esse, quandū tamen separari, quod nullius corporis actus sit: interpretatur hoc loco, animam esse actum essentialē, neq; intelligentem propterea separari, quod actus non sit, sed quod aliam quandā naturam & substantiā habeat à cæteris animabus ac formis diuersam, quæ cum corpore non patiatur, neq; cū eo simul intreat, & ideo post eius dissolutionē posse esse superites. Atq; hoc est illud (nullius corporis actus est) hoc est actus corporeus, materialis, cū corpore & materia permittit, vt tantum exposuit in tex. 4. Sic enim is voluit, & esse formantem & essentialē corporis actum, & non actum corporis permittit & corporeum.

Decimus quintus locus est in eodem 12. Metaph. lib. Vbi potestatem omnem à separatis intelligentiis excludit, tum in eisētia, tum in operatione committit, vult esse actus puros & simplices, earumq; intellectiōnem æternā & inuariabilē, idēq; intelligens intellectiōnē, & id quod intelligitur. Hic enim alius fuit Auerois error, quod Aristotelē dixit reliquæ prima inferiores intelligentias ex actu & potestate constare. Cū nullā is inter eas differentiam agnoscerit, nisi ex orbium diuersitate, quod prima ea sit, quæ primum vertit orbē, inferiores quæ cæteros habent contentos. Vnde illud quoq; generale pronuntiat in tex. 3. 1. lib. 3. Phys. In æternis idē esse & posse. At intellectus nostri natura nil aliud, quam potestas quædā, esse dicitur plurimūq; is est mutatio, obnoxius, interdum potestate, interdum actu, interdum habitu, interdum agens, interdum patiens, necesse est intelligit, nullāq; constantē intellectiōnē, sed inconstantes omnes & variabiles habet. Qui potest igitur credi eam vnā esse aliquā ex separatis intelligentiā nobis assistente? Sanē dum secus omnino de huius atque illarū natura & operandi modo astitimuit, satis se ostēdit diuersam planē essentiam & conditionem esse existimare: neq; vt cœlestibus globis

illæ, sic intelligentem animam nobis assistere.

Decimus sextus locus est, in quo in eo ipso libro de mentium separatarū numero disputans, vt ea ex orbium cœlestium motu inuestigauerat, ita tot omnino eas esse concludit, quot orbis sunt. Non est igitur intellectus noster vna quæpiā scillarum numero substantia. Si enim ita sensisset philosophus, de illa eodem in loco egisset, in quo de cæteris differētiarū eamque primū esse ostendere debuisset, deinde corporibus nostris assistere. Atque vt reliquas ex orbium collegit numero, sic vel vnica hominibus cunctis assistens, vel vnæquæque lingularum propria demonstranda illi fuisset. Tantum verō abest, vt id fecerit; vt apertis potius verbis affirmauerit, præter eas, quæ cætos vertant, nullam

nullam vquam aliam existere. Contrà verò de intelligente anima tanquam de hominis parte, eodem modo, quo de animab. cæteris, que viuentiū cæterorū partes essenciales sunt, egit in hisce de anima libris.

Ita satis opinor Aueroi demonstratū fuisse, que-
nam Aristotelis hæc de re sententia fuerit. Quòd si
genus hoc animæ formantem & essentialē formā
esse voluit, necessariò consequens est, eum non vnā
in omnib. verum tam multiplicem, quam multi ho-
mines in natura subsistunt. Id enim ex eo sequitur
manifestè, quòd formans sit & essentialis forma.

Optimèq. is vidit necessariam esse inter materiā &
formam proportionem ac nexum; quod in tex. 26.
lib. 2. Phyl. significauit. Quocirca migrationem eam
animarum in diuersa corpora à Pythagoreis prædi-
catam irritū tantopere in tex. 3. lib. 1. de anima quasi
verò, inquit, posset qualibet anima quodlibet in-
gredi corpus; & non potius propriam vnumquodq.
habeat speciem & formam. Certe si plurib. cœlestib.
orbibus vnā non credit affistere intelligentiam
posse; multò minùs persuasit sibi fieri posse, vt vna
anima corpora plura, loco, qualitatum tēperatione,
organorūmq. conformatione vsq. adeò diffusa, for-
marct vnquam; minimè verò simul & eodē tēpore.
Facilius namq. foret vnā plurib. assistentē esse for-
mam, quā formantē; aut eandē vnū corpus post
aliud, quā plura simul formare.

Quamquam siue
formas, siue assistens dicitur intellectus esse; Aueroi
vitas illa verbis profus exploditur, quæ in
tex. 8. huius libri leguntur. Etenim intellectum ait,
cū fuerit singula factus scientiaq. sibi habitū com-
parauerit, operari per seipsum posse. Quoniā scilicet
per scientia sibi habitum inhaerentē in seipso habet
obicctū, quod intelligere & contēplari queat; neq.
necesse est, vt ad phantasmata sese conuertat. Si igitur
vnus in omnib. sit intellectus, scientia hoc habitu a-
quisito intelligere omnes homines & contēplari
posset, philiophi omnes & scietes dicerētur, quin
etiam scietis omnib. præditi cuncti essent. Quippe
id, quod de phantasmatib. respondet Auerois, ha-
bet fortasse locū in intellectu potestate, qui primū
sibi rerum cognitiones cōparat: non item in eo, qui
iam fuerit singula factus, & ex seipso possit operari.

Acrursū si vera est illa propositio atq. argumentatio
tex. 4. intellectu carere debere eo, quod recepturus
est, vbi scientia quampiā aut cognitionē adeptus quis
fuisse, nullus eū alius adipisci atq. addiscere posset.
Quoniam intellectus cognitione illa, scientiaq. im-
bitus eandē cognitionis ac scientiæ formam nō ad-
mitteret. Immo verò nullus esset intellectus pote-
state qualē philosophus definiuit: præsertim si vt ait
Auerois, cognitiones ac scientiæ, philosophiāq. sint
æteræ, nec illis vnquam penitus careat intellectus.

Nam si habitus illos semper habeat, nunquam pro-
fecto fuerit potestate, velut tabula, in qua nihil sit
scriptū. Et si vnus existat, nullus omnino talis fue-
rit, qualē Philosophus propterea tradidit, quod in
hominib. singulis singulos esse voluit, principio po-
testate, tum actū & habitū: Scin scietē quidē plurib.
excultū habitū, in idiotis autē plurimis rudē, in-
cultum, atq. ad cognitionē omnē & intellectualem
formam potestate. Deniq. dno illa, quæ Aristoteles
tantopere necessaria esse promulgauit, tum intelli-
gentem intueri phantasmata, quod sine illis nihil in-
telligat anima, tum agentis intellectus operatio, vt
actū intellectū illa sicut phantasmata, minimè forent
necessaria. Nec inquam phantasmata, opus esset, nec
gente intellectu. Quoniam vnicus ille intellectu

A cognitiones iam & habitus rerum omnium possi-
deret, intellectū hūicque formis præditus esset.

Et hæc quidem Aristoteles. Iam vero si rem ipsam
naturali ratione queramus, plurimis & efficacissimis
argumentis, tum formatio ostēditur, tum multipli-
catio. Formatio quidē, quoniā certum est hominem
intelligere & discere, vt in tex. 64. lib. 1. Philosophus
dixit: hoc enim in seipso animaduertit vnusquisque.
Aut igitur intelligit & dicit se toto, Aut partes sui
essentiali, aut assistente demū quapiā & aliena natura.
Non se toto dicemus: quia manifestum est eam esse
folius animæ operationē, neq. corpus intelligere, sed
ferē intellectuē animæ impedire. Stolidum enim
quidpiā est materia atque ad intelligendū ineptum.

Neque abeunte anima quidquam intelligit corpus:
anima vero à corpore soluta optimè adhuc & acu-
tissimè intelligit. Si anima igitur, vt parte sui homō
intelligit, ea non potest esse assistens: quoniam si
nequit, vt vnū suppositū alterius operatione opere-
tur, si operatio immanens sit, & interno principio
egeat, cuius generis intellectio & volitio sit. Quippe
operatio sequitur esse, neq. operationes huiusmodi
attribui alteri possunt. Propterea intelligentia intel-
lectio nō attribuitur cœlo, neq. intellectu nautæ
dicitur naus intelligere: sed solus localis motus, qui
ab externo principio proficisci potest. Cū igitur
homo propriissimè intelligere vellat, dicatur, ne-
cesse est operationū harū intēnū in eo principū sit,
eaq. parte illius essentiali sicut, neq. ab assistente in-
telligentia, integratq. ab homine diuersa substantia,
promanant. Vocib. quoq. exprimit hōis notionēs
inētis, loquutiōq. conceptiones sequitur, & voces
notionū animi mentēq. conceptū rerū signa sunt.

Homo docere alios potest, & quidē altissimas & ab-
stracissimas res, hocq. scientis argumētū esse existi-
matur. Homo mēte operatur opera practica. Maxi-
mum homini sciēdi desiderū instrum est, nullaq.
re delectatur magis & gloriatur, quā plurimarum
rerum cognitionē ac scientia: nulla tristatur magis,
quā si ea priueretur, quasi hæc propria illius perfectio
sit. Si rationis vsum ab homine tollas, meritò mon-
strum eniq. imperfectissimū dixeris, vt in pueris vi-
dere est, in insani, ebriis, stolidis. Intellectio regula est
& directio omnium hominis operationū, volutiōq.
principiū imperans & promouens. Ac demū externa
operatione magis quoq. interna perficitur: Nempe
loquutione perficitur intellectio & cognitio rei, pin-
gendo artē, vne quilibet exercendo habitus artis in
mente magis perficitur: similib. demum actionibus
magis ac magis volitio volētis acceditur, omniumq.
in ea virtutum habitus perficiantur.

Ex quib. omnib. manifestè deducitur intellectu-
nem & volitionem proprias hominis, principiq. ac
partis illius essentialis operationes esse. Nam si assi-
stentis cuiuspiā intelligentiæ forent, nihil horum in
homine eueniret. Atque quod ad volūtariē spectat,
ne concipi quidē potest alterius suppositi libertatē
quidquā esse agendo liberū. Deinde cū tria sint ani-
marum genera, nisi essentialiter homo intelligens
anima constituitur, relinquatur ei altera, quæ sentit,
eritq. de brutorū animalū ac mutorū genere, ani-
malq. rationis expertis id, quod ratione vtitur & ora-
tione. Vt iam non immerito ad rem præsentē vsur-
pare liceat illa Psalm. 48. verba; Homo cū in-
honore esset, non intellexit; comparatus est iu-
mentis insipientibus, & similis factus est illis.

Tum vero assistens intelligentia, tum homini, tum
equo, ac cuius bestię potest ad intelligendum vnus

Formatio
naturalis
ratione
ostēditur.

quippe bestia quoque phantasiam habenti ac phantasmata, quorum opera homini dicitur ad intelligendum vni: neque minus, quam homo, diceretur equus aut bellua quavis intelligens, volens & rationalis. Immo nec minus aspectu attribuas inanimato parieti. Vt enim hominem intelligere ais, non quod in ipso insit intelligendi vis, sed quod ex eo sumatur phantasmata specielq. intellectuales: ita parietem videre dixeris, quia obiecti, quod videtur, species inde hauriatur. Homo quidem certe animal ab omnibus rationis particeps definitur, quod hae duae sint genus & differentia, essentialia hominis partes, quae definitione debent explicari. Aut enim rationalis anima substantia perfecta est & integra, aut dimidiata. Si perfecta esset & integra, nequaquam in sua operatione penderet ad phantasmata: dimidiata vero si sit, formantem formam partemq. hominis essentialem eam esse oportet. Sanè hominis beatitudo in intellectione ac volitione, tanquam propriis illius operationibus versatur: atque vt alia est hominis, alia cuiusvis intelligentiae beatitudo: sic intellectiōnem illius ac volitionem alias esse necesse est. Quod si haec non ita sese habeant, priuabitur homo virtutibus omnibus ac virtus, habitibusq. scientiarum, operibus bonis & malis, atque illorum praemiis & suppliciis. Haec enim omnia illius essentia afflueret intelligentiae: neque homo operaretur quidpiam, sed illa in homine intelligentia. Nam neque actiones nauae attribuantur nauis, neque nauis, sed per illam naua praemio afficitur, aut supplicio. Iam vero si animam intelligentem sit formans & essentialis forma, vere actiones eae totius hominis esse dicuntur, quod essentialis partis actiones sint.

Hinc etiam veritates pendunt de nostrorum corporum resurrectione, quam aliquando futuram credimus & speramus, de vera liberatoris Christi humanitate, aliaeque similes plures. Probari namque non possent resurgentes nos idem corpus & eandem animam habituros, nisi pars vtraque, essentialis nobis esset. Christum vero fuisse verum hominem ad permultis Ecclesiae partibus, & conciliis confirmatum hoc argumentum fuit, quonia habuit corpus & rationalem animam, tanquam essentialia sui partes. Et inter ceteros S. Athanasius in symbolo eum probauit perfectum fuisse hominem, quod ex his partibus constaret atque subsisteret: perfectus, inquit, homo ex anima rationali & humana carne subsistens.

Postremo spectandum etiam est, quid vniuersi possit ordo, in quo maximè illius perfectio consistit. Vniuersum autem ex materialibus, entibus constat & immaterialibus, ex quibus partibus, tantopere distitis, vt fiat vnum, quod ordine certo constet, necesse est per aliqua media ab extremo ad extremum transitus fiat. Vnde Areopagita illud, Infimum supremi attingit supremum infimi. Quare vt aliqua sunt immaterialia prorsus entia supra totum materialium ordinem, neque vno modo cum illis coniuncta, sed maximè ab eis remota, vt Deus & plurimae separatae mentes, quae nullam vertunt coelestem corpus: alia penitus materialia, & ab omni natura immateriali procul absunt, vt elementa mista, omnia rationis expertia: sic quaedam alia esse oportuit, in quibus genus entium vtriusque vnioretur. Quod duobus modis fieri potuit, aut solam adferendo operationem, aut etiam dando esse: alterum assistentis est forma, alterum formantis. Vtroque modo immaterialis, quae meliora sunt & praestantiora, materialium euadunt formae. Altero enim vniuntur coelestibus corporibus, intelligentiae quaedam: Altero cum

humanis corporibus, intelligentis anima. Ita sententia tua ab illo abstractissimo ente, quod nihil habet nisi materia commune, ad ens descendit, abstractum quidem essentia, sed quod operationem imperat materiam ad ens abstractum item essentia, at quod cum materia dimidiata, ordinem quoque, ad materia significat, essentialiter comunicetur: ac demum ad ens, quod materiale totum fit atque materia absorptum. Praeterea & admirabile hunc ordinem, si velis in natura retinere, fatearis necesse est intelligentem animam nostrorum corporum formantem formam esse. Sanè si & immateriales intelligentias coelestium orbium & intelligentes animas nostrorum corporum assistentes esse ad materiam, quod motoris & mobilis proportio adit, vt motor immaterialis exultat & mobile materialis quidam animas nostras formans actus faceret, quod materiae & formae, potestate essentialis & actus eandem generis proportio sit? Neque enim materialium actum, sed dimidiatum hęc proportio postulat. Immo vt in actione quod agens est perfectius, magis, materia superat, eo perfectior existit effectus: sic in formatione quoque, quod actus & forma melior est magis, potestate & materia superat ac pericere potest, eo melior & exquiritior consequitur vnum. Quod vel in assistente actu & forma manifestum est. Quae maior multo & perfectior est intelligentie vno cum coelesti orbe, quam naua cum nauis: quonia immaterialis illa natura toti caelo mouendo vnitur, totumque immediatè & aequè mouet: at materialis & corporeus naua vni soli parti adiungitur, eamque immediatè impellit. Sed idem in formatione euenit: perfectior namque forma perfectius dat esse: & quo magis materiam superat, eo magis illi dominatur, formamque perfectius: est fuerit immaterialis, imperabiliter vnitur, datque, totum suum esse toti materiae & singulis eius partibus. Huiusmodi actus est intelligentis anima, tu formans, tu omnium perfectissimum formans.

Ex quibus omnibus, primum intelligas intelligentem animam non solum vt virtute vegetantem & sentientem continet, sed etiam vt intelligens est, verè esse hominis formam. Nec modò sua substantia, verum ipsa intelligenti facultate. Tres enim illi gradus, vegetandi, sentiendi, intelligendi, in hac anima sunt vna imperit entitas forma, quae si adiungatur materia, tota vniuersum fuerit formans. Quod si illa sit formans forma, potestate quoque, & omnes illius facultates, quae animae substantia vbiq. comitatur, necesse est formatae esse.

Secundò intelligas, animam hanc formam omnium nobilissimam esse, perfectissimamque, modo cooperata nostra formare. Et idè perfectiones omnes, quae bonis vt forma sunt, conueniunt, illi quoque, tribuendae esse remouendaeque imperfectiones, quas ex materiae sordibus, contrahunt ceterae materiales formae, illi substituendas intelligentiarum perfectiones. Cuiusmodi forma conuenit parte esse substantiae, determinare & perficere essentialiter, consistere in specie ab aliis distincta, facere vnum per se cum materia, quod in natura perfecte subsistat, esseque operandi principium. Haec omnia cumulatissimè praestant in nobis intelligens anima. Verum ceterae formae pendet à materia: primum in esse actuali & absoluto, quod ex illius potestate sunt educit; & idè in existunt in ea & subsistentatur, atque ab ea perpetuo pendunt, illiusque dispositionibus, destructis eandem & ipsa cuiusque patiuntur, aut tui atque interitui obnoxia: & quanta subsistentatur, materia coherent, materialibus prorsus modo cum ea extensa ac diuiditur. Deinde in esse operatio, dum earum omnes facultates & operationes materiales

item sunt & corporeæ, nec omnino quidquam, nisi à materia penderent, operari queunt. Nihil horum in intelligente reperias animæ sed secus omnia.

Nam, quoad esse absolutum, substantia est per se coherens, non inexistens, neq. sustentata in materia, quemadmodum nec inde naturam suam accipit; nec dissolutus illius dispositionibus interit: sed forinsecus adueniens dat quid esse materiæ, sed ab ea vicissim non accipit; estq. in materia immateriali modo inextensa & imparibilis. Quoad esse autem operatum, proprias sibi habet facultates, immateriales, inorganicas, in sola ipsa inharerentes, minimè pèdentes à corpore vt subiecto; immò nec vllò alio modo, si absolute earum natura spectetur. Et ideò operationes illarum à sola promittit anima vt principio quo & quod, vt in scholis loquimur. Quoniã ipsa operas est substans partialiter; totaliter autè & integrè totus homo subsistit. Quare & anima sola intelligit, & homo anima; sicut & oculus videt & homo oculo. Quæ omnia cū intellexisset Philosophus, hanc solam formam pronuntiavit forinsecus aduenire, separataq. à corpore ac sibi proprias operationes habere.

Anima
si
trando.

Tertio fatearis necesse est non esse vnicam in hominibus cūctis animam, sed in singulis singulas. Quippe homines numero distinguuntur; neq. corporibus modò sed essentia tota. Et cum tam multa sint, tamq. diuersa, & inter se distita corpora; fieri non potest, nec mente concipi, vt in illis eadè sit numero forma; quomodo in illis & non in interiecto spatio: in quo sanè esse non potest, quoniã organicu corpus non est: Quomodo essentialis hominū distinctio cum eadè numero eòter essentiali forma. Quomodo cū tantopere diuersis ac pugnantibus corporu & materiæ dispositionib' eadè numero forma cõsistat. Quã multi, quæste Aueroes, & inter se, rù dicitur, rù cõtrarij & pugnates actus atq. habitus, essent in vnicò intellectu illo, & vnica voluntate vnus animæ? Vn' homo intelligit, alter planè ignorat: vn' verè, alter falsò intelligit: perfectã hic scientiã affequitur, ille vix opinionè habet: vnus docet, alter discit: hic ex virtute operatur, ille viciosè agit: vnus vult, alter non vult. In pueris autè, fatuis, stultis, ac phreneticis, quomò modo hic intellectus esset? Et quoniã infima dicitur esse intelligentia, minimã habet virtutè atq. actionis spheram, si cum intelligentijs cæteris cõparetur: qui possit igitur cū tam multis corporibus tãtopere distitis vniri, dū relique cū vno dütaxat vniantur? Esti extra celum quispiã esset homo, quã amplã hinc intelligentia virtutem haberet, si cū illo quoq. coniungeretur? At hæc omnia respondebunt aduersarij propter diuersa in hominibus diuersis phantasmatu euenire. Veru fieri potest, vt idè in diuersis phantasma sit; & tamen vnus intelligat, alter nequaquã, alter velit, alter nolit, aut certè nullu profus eliceat actũ. Immo in docete & discete, in volere & nolere, in sciete & opinãte, idè oportet esse phantasmata. Deinde vt in vno alia atq. alia phantasmata sunt, nec tamè cõtrarij circa rem eadè possunt esse assensus; ita nec in eodè illo intellectu in hominibus diuersis erit. Quod enim difficultatè facit, non sunt phantasmata, sed subiectũ; nepe intellectus, qui simul actus illos suscipere nequit. Deniq. ex principijs, quæ à Deo nobis manifestata credimus, certissimum habes argumentũ. Nam si ita esset, vt illi putat; non posset vnusquisq. homo in futura resurrectione recipere propria, præmia aut supplicia, prout gessit in corpore, siue bona, siue mala: neq. vllò modo explicari ea omnia, quæ à Theologis disputatur de intelligentis animæ assumptione ad hypostatica diuini verbi in Christo vnionè; deq. illius

A actionib', resurrectione, & alijs plurimis. Hæc enim omnia propriã quandam accipiunt animã in Christo fuisse ab aliorũ omnium animabus distinctam. Ex quo & animarũ multitudo iam habetur, & eodem modo reliquos homines propriã sibi singulos animã habere cõcluditur. Non enim aliã ob causam intelligenti animã diuinũ assumpsit verbũ, quã quod essentialis ea sit pars humane naturæ. Quã ob causam in sacris Cõcilijs, Viennensì & Lateranensi tertio, decretũ omnino fuit, eam & veram formantem formam, & pro indiuiduorum multitudine multiplicatam, cum ex rei veritate, tum ex Philosophiæ lumine, esse.

Itaq. falsã est, implea, & portetosa vtraq. Auerois propositio; omnemq. religionè ac legè diuinã & humanã euertit. Mõstrũq. illud est, quod is cõmetator cõmẽt' est, eudè intellectũ vnicũ esse & multiplicè, æternũ, & mortale, formãq. intellectuales actũ per imaginarias formas, non per intellectũ, nobis copulari. Inscenter etiã & impiè inter ceteros pronuntiavit Antonius Bernardus in lib. 13. euersionis singularis certaminis sect. 3. & li. 32. sect. 1. ex naturæ lumine non haberi multiplicationè, sed vnitatè intellectus; immò multiplicationè repugnare naturæ. Quodq. hic ipse Philosophus ad sui erroris patrocinũ adfert, naturam non multiplicare indiuidua nisi cadaca, vt ita species cõseruetur; falsum est. Tum quia in Angelis quoq. multò probabilius est plurimos & verò innumerabiles in eadè specie cõtineri. Tũ quia cælestes orbes sempiterni sunt & plures numero solũ diuersi, vt multi sentiunt, & implet Auert. in com. 49. & 59. lib. 2. de Cælo. Vnde non pessimè quispiã deduceret, motrices quoq. intelligentias eodem sese habere modo, siquidem ipsius & Aristotelis sententia earum natura & perfectio ex orbe mouèlo iudicatur tota. Atium cæli, cum intelligentiæ, mortales non sunt. Quod non idcirco dixi, quod Aristotelem ita sentire putè: sed ad Aueroistarũ audaciã reprimèdam. Cur autem in immortalibus intelligentijs indiuiduorum multitudo à plerisq. ponatur, & ego non Aristotelis, sed veritatis calculo ponenda existimè, non est huius loci dicere, in quo de solis animab' nostris queritur. Eas verò intelligat aduersarij' propter homines, qui plures sunt, multiplicatã eorũ vnusquisq. propriã sibi formã postulat. Hominũ porro multitudinis aliã eãq. verior ex religionis nostræ præcipijs adferri posset causa. Sed aduersarijs, qui solis Philosophi armis pugnat, sat fuerit respondere illã ipsam quã illi dicit non intellectus sed hominis caducitatè. Totum enim hoc coniunctũ, homo breui tẽpore dissoluitur; non intellectus, sed corporis defectu. multiplicique generatione atque indiuiduis genitis opus est ad speciem ac naturam humanam tueri & conseruare.

Ceterũ singularè quantã in hac animarũ multitudine Thomas Caiet. habuit opinionè. Nã in corr. ad 1. part. sum. S. Tho. q. 85. art. 7. inæqualitatè quãdam perfectionis cogitauit, vnãq. substantia perfectionem altera esse voluit. Nimirũ & Platõici quidpiã eiusmodi tradiderũt. Quippe in Alcibiadè Procl', & alij eius scholæ non ignobiles Philosophi animas nobiliores sublimiorũ Deorũ pedisequas, atq. à maioribus potentijs dependètes esse dixerunt aliãq. ex sphaera solari esse, alias ex Mercuriali, alias ex lunari. Perfectiores item potentioribus subiectas esse demonibus ab eisq. seruari & dirigi: imperfectiores verò inferioribus subesse. Verũ hociure optimo à cæteris omnibus reprehenditur. Apertè namq. Arist. in tex. 11. lib. 3. Met. in specie nos monuit nihil esse prius, nec posterius; quod æque ab indiuiduis omnibus participetur. Et textu 10. libro 8. species esse

Caietã
ni opinio
de intell.
ligente
anima.

velut numeros. Atq. in libros categoriarum, substantia non suscipere magis & minus. Quod in omnium perfectissima intelligere anima maximè verū fuerit. & quānam rādē Caietanus in a qualitate dicit: Si gradus cuiuspiā essentia, differret in ter se specie. Si latitudinis alitius, qualis in calore & eiusmodi qualitatibus cernitur; susciperet magis & minus; quemadmodum qualitates. At anima substantia est: impartibilis igitur. Idē de intellectu credendū. Quod enim vnus homo meliūs, quā alter intelligat; ex meliori corporis phantasmā, cerebri, spiritus, ac sensū, ex quibus intellectus pendet, dispositione prouenit.

1. Ergo vt ad Aueroem reuertamur, qui tuetur illius partes, per multa ex Philosopho nobis obiectat. Ac primū vt formam formā nō esse ostendat, eū profertur in t. 9. li. 1. huius operis asseretem, ne fingi quidē posse quānam corporis partē occupet intellectus. Ex quib' verbis eū colligitur corporis formā nō esse, sed ab omni corpore separatū existere. Nos respōdemus intellectū substantia quidē & natura sua à corpore abiunctū esse; at nō formatione. Neq. vllā determinatā corporis partē, vt inquit Platō, eū occupare: sed vniuersū formare, ac perficere; nō minus, quā alia qualibet formā forma. Ac demū nō occupare vllam corporis partem, hoc est nō esse organicum; quemadmodum facultates cetera sunt, quę in corporis determinata parte velut organo viget & operantur: vt videndi vis in oculo, audiendi in auro.

2. Deinde in 2. lib. Philosophū inquit post generalē animę definitionem expositā, duo in t. 11. subiūxisse.

2. an. 1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1

anima & sapit, ad monet ibi sermone esse. Quamquam in t. 2. 4. & 31. lib. 1. A naxagoram item legimus intellectum eum esse animam voluisse atq. in animalibus cutis inesse. Vno verbo dicam. Non negavit Philosophus intellectum esse cum nostro permixtum corpore, velut formam materiam totam pervadentem ac penetrantem, seque in omnes eius partes insinuantem (alioqui Averroes quoque qui assistentem facit, eum dicit totum penetrare corpus, sicut intelligentia celestis orbem movens totum pervadit) sed naturam eius permixtam esse noluit ex obiectis, quae ab illo debent intelligi, ut intelligere omnia possit: naturamque habere asseruit ab illis omnibus diversam, atque ad omnia potestatem. Neque inde quidem colligere licet, quod formationi adhaeretur.

5. Quinto adducit t. 6. eiusd. li. 3. Vbi de hoc ipso nostro corpore loquens Philosophus intellectum tradidit non esse cum eo permixtum, neque organicum. Vtrique verissimum dictum est. Verum ut mox intelligatur, quemadmodum id ex antecedentibus deducitur; ita non permixtum cum corpore nequaquam significat non formam corporis (quis enim accurate loquens formam diceret cum materia permixtam?) Sed immateriale & incorpoream naturam, non eiusdem conditionis, cuius est corpus: neque organicam, hoc est ab organo villo non pendente, nec eo in sua operatione vrentem. Sic enim intellectus partim cum animabus ceteris convenit, partim ab illis differebat. Convenit generalis illa definitio, quod omnes sunt actus corporis essentialia. Differebat, quod ipse est actus immaterialis, incorporeus, dans solum, non accipiens esse a corpore, neque ab eo tanquam organo pendens; quae admodum ceterae partes animae, quae vicissim dant & accipiunt, determinatioque corporis organo alligatae sunt. Quare cum antea id, quod commune est, explicasset; subiicit ex loco id, quod intellectus proprium erat; & vtriusque textum proposuerat, quam is differentiam habeat.

6. Sexto in t. 17. eiusd. li. intellectus agens & patiens eiusdem animae dicuntur esse differentia: at in t. 19. & 20. intellectus agens impermissus, & separatus esse traditur: erit igitur & intellectus patiens, & anima, cuius ambo illi differentia sunt. Huius argumenti explicatio tunc erit manifestior, ubi de agente intellectu fuerit dictum. Interim propositione fateor veram: atque agentem intellectum respondeo impermissum eodem modo, & separatum dici, quo de patibili in quarti & quinti argumenti explicatione respondi. Non inquam quod non sit corporis forma, sed quod nec materialis & corporea, nec facultas organica.

7. Septimo extat c. 1. li. 1. de part. anim. Quo loco intelligentem animam ad naturalem Philosophum ait non pertinere, non esse naturam, non principium motus, non habere rationem finis, esseque substantiam profusa abstracta. Verum non hunc modum locum, sed coplures alios huic similes, in quibus significare visus est animam hanc naturalis considerationis excedere limites, quomodo intelligere oporteat, satis superque declaravi, cum 1. lib. hoc de anima interpretados suscepi. Ibi enim universam hanc disputationem copiose tractavi.

8. Octavo illis verbis abuteretur, quae sunt in c. 10. li. 4. de eiusd. operis. Hominis naturam atque substantiam divinam esse diuinum officium esse intelligere & sapere. Non enim diuinum hominem appellavit, ut argumentatur illi, quod eius mens separata substantia sit. Sed ut ipsemet interpretatur, quod intelligens natura, & sapiens, quemadmodum Deus, mentemque diuinam. Contrarium verius collegissent. Nam si hominis natura atque substantia diuina est, quod intelligens est & sapiens, forma

A igitur illa, qua intelligit & sapit, naturam & substantiam eius constituit; estque formam, non assistens. Non enim caeli naturam diuinam dicimus aut intelligentem, quod afficitur illi intelligentia. Videre etiam sapientes, quam hanc deductionem sit sapiens; Anima nostra appellatur diuina, non est igitur formam, sed assistens. Etenim non solum in c. 3. li. 2. de animalium procreatione, anima omnes diuino quodam participare traditur: verum etiam in t. 8. li. 1. Phys. omnis forma diuinum quidpiam appellatur, quoniam dat esse, quod diuinum quidpiam est. Quocirca dum homo propter hanc animam diuinum quidpiam appellatur, ea colligendum potius fuit dare homini esse: ac reliquas quidem formas vno nomine diuinas dici, quod det esse; nostram verum duplici, quod & det esse, & esse intelligens. Et verum etiam triplici, quod immortalis sit & sempiterna, aptaque semper dare esse. Sic enim in t. 3. 4. lib. 2. huius operis semper esse diuinum quidpiam appellatur.

Non accipiunt illa verba, quae sunt in c. 3. li. 2. de animalium procreatione; sola mens forinsecus accedit, eaque sola diuina est: nihil enim cum eius actione communicat corporis actio. Non igitur formam, sed assistens est. Diximus de horum verborum sententia, cum de huius animae origine disputaretur. Sed & rursum dicere importuni cogunt aduersarij. Ergo Philoponum mitto illius loci commentario, non de animae substantia, neque de facultate, sed de habitibus, qui simul cum anima non innascuntur nobis: verum labore, studio, atque industria post comparantur, verba illa interpretantur: solumque rationale animam inesse nobis contententem, quae alijs atque alijs temporibus vegetates, sentientes, & intelligentes operationes praeterit. Simonem etiam Porcium scio in lib. de humana mente verba illa intellexisse de intellectione ut pendet ab intellectu agente, qui extra nos sit. Atque alios de Theoretico intellectu, quem in t. 21. & 32. li. de anima in alium reiecit locum. Ac Petrum denique Pöponatum in 1. Apol. lib. ca. 7. de intellectu quatenus ab externo agente & principio producitur.

Sanè locum eum obicere nobis illi non possunt, qui pro Averroë aduersus disputant. Nam Averroës ipse ita illum interpretatus est: De intellectu tamē, inquit, dubium est; cum eius operatio non videatur communicare cum organo corporeo. Verum quidquid sit, ea verba fecus omnino, quam illi velint, Aristotelis sensisse testatur. Primum quoniam de animalibus omnibus perinde loquitur, sicut per vegetatam esse plantam, sentientem animal, per intelligentem hominem. Quare ut in illis, ita in hac (esse & fieri) essentia, non assistentiam significare oportet. Deinde quia dubitatio, quae de anima intelligente proponit, non est, qui possit eodem modo, quo cetera, esse actus & forma: sed hoc posito tanquam omni animae communi, dubitatio est, an insit in semine, quomodo accedat tempore, quomodo, & unde. Quae Philosophus dilucis principio accipit, tum vegetantem, & sentientem, tum intelligentem, potestatem prius in conceptibus haberi, quam actum. Unde intelligas omnes actus essentialia fore; siquidem potestati adueniunt, atque cum ea coniunguntur. Deinde modum exponens, quo potestas ea reducatur ad actum: hac virtute partitione. Aut animae omnes de nouo fiunt, aut omnes antea erant, siue per se coherentes, siue contentae in semine: non enim aliud apparet corpus, cum quo factum aduenire possint: aut aliquid demum fieri de nouo, alia autem praerant. Tum verum omnes autem non fuisse, hoc argumento demonstrat. Aut ille antea fuerit ab omni corpore separata atque extrinsecus, hoc est ipse per se & ab omni se iuncte corpore accedens, aut cum semine adueniunt. Ab omni corpore separata esse



que ideo forinsecus aduenire, vegetans & sentiens nequeunt: siquidem ea sine corpore esse non possunt, quorum operationes corporeae sunt, neque sine corpore perficiuntur. Neque item adueniunt cum semine: quippe semen excrementum quoddam est, non organicum & animatum corpus. Ita mentem solam concipit extrinsecus accedere, solamque diuinam esse: quoniam actionem habet sibi propriam, quam sine corporis organo perficere potest.

Id vero duobus modis licet accipere; aut asserendo aut disputando. Si verè asseruit hanc solam animam forinsecus aduenire, non ita asseruit, quasi eam voluerit ante ea fuisse, neque de nouo fieri: omnes enim iam dixerat potestate prius esse, quam actum, eodemque modo, quo ceteras: Tum quia in *1.65. lib. 1. de anima* eam tradiderat nobis innasci atque, in nobis gigni, hoc est de nouo fieri. Tum quia in *1.6. lib. 12. Metaph.* aperitissima extat sententia, nullam formam antecedere coniunctum posse, sub eaque generali propositione intelligentem quoque animam contineri subiungitur in *1.17.* Verum cum hoc sit omnibus commune, eam voluit esse differentiam; quod ceterae sine corpore non producantur, sed ex materia potestate virtutis feminis eruantur, intellectus sine corpore in corpore potestate existentē aliunde gignatur. Atque hoc nomine forinsecus dicitur accedere. Hoc declarat verbum illud (*ἐξ ἑστῆς*) innasci, quo in memorato textu virtus: quod significat in nobis fieri & produci, non ex nostrorum corporum materia educi. Sicut & illud (*substantia quaedam existens*) explicat hoc (eaque sola diuina est) hoc est immaterialis & per se existens substantia. Quod ex operatione probat, quae cum corpore nihil habet commune, neque illius organo virtus. Itaque commune animabus omnibus est, actum & formam corporis essentialem esse: diuersum autem; quod aliis quoquo modo praefuerit in semine, hoc est virtute agendi ipsius: & rursum in potestate tum passiuarum vnitua materiae. Et ideo cum sine corpore non producantur, dici nequeunt aduenire forinsecus. At intellectus neque in semine, neque in passiuarum materia potestate praeter: atque hanc ob causam & sine corpore produci & forinsecus accedere affirmatur; solumque cum corpore, ut illud perficiat, a cuiusque faciat, vnitum; dum ab alio superiore agente in eo producitur. Quia in re eo solū pertingit feminis virtus, ut ad hanc vniōnem atque intelligentis animae susceptionem corpus oportune disponat ac praeparat.

Quod si non asserendo, sed disputando Philosophum id deduxisse affirmauero: verā proposita questionis explicationem, non hinc, sed illis, quae post subiunguntur, verbis contineri dicam. His autem, quae antecedunt, ad inuestigandum veritatem, ut alibi sepe disputari. Ac tripartite partitionis factae membrum illud praeter ceteris agitari, quod ad eam maximè erat. Non omnes inquam forinsecus aduenire; quod ex animabus illis, ducto argumento impugnet, quae non nisi corpoream, & corporis organo perfectam operationem habent. Vnde solā collegit superesse mentem, quae accedere forinsecus possit: quod ea diuina sit, neque corporeo ad operandū egeat organo. An autem ita sit nec ne, nihil statuit: cum ad impugnandum illud, animas omnes forinsecus aduenire, satis esset ostendisse ceteras aduenire non posse. Post autem ostendit alio quodam modo praesens omnes in semine, quod aut eas producendi, aut materiae certè ad earum praestantissimam suscipiendā disponendi vim habet. Quocirca vtrā interpretationē elegerint aduersarij, nihil inde ad id, quod volunt, consiciendum habebunt.

Decimo demonstrationem illā adducunt, quae in *1. Phyf. lib. 1. 78. 79. & 80.* ut primū motorem ostendit, non esse formā in magnitudine; principium illud accipit, Virtutem omnem, quae est in magnitudine, extensam esse, atque, cum magnitudine diuiduā. At intellectus est essentialis actus & forma magnitudinis, est nimirum in magnitudine: extensus igitur & diuiduus, atque adeo inseparabilis & mortalis: quae plura in locis separabilē & aeternū Philosophus praedicat. Verum quilibet ita arguetur, intelligat oportet, quid virtus in magnitudine eo loco significet, quidque Aristoteli propositū esset. Propositū est, ut ostendat primū motorem non esse formā, aut virtutem materiale, sed incorporeā & immaterialē substantiam. Virtutē in magnitudine appellat eā, quae materialis sit & corporea. Duobus enim modis dicitur virtus esse in magnitudine: aut magnitudinis per se, & dās illi esse, ita ut ab ea pēdat magnitudinis, aut modo accipies esse, pēdensque, à magnitudine; quodammodo in forma cūctā, tū accedens; tū substantia, quae ex materia potestate educitur. Hae proprie dicitur esse virtutes in magnitudine; quippe quae naturā totam erūtā in de ac pēdentem habēt. De his solis locum Aristoteli fuisse, testatur illud ipsum, quod accipit virtutē, quae est in magnitudine, extensam esse atque diuiduā. Non enim aliā ob causam id euenit, quam quod ex materia extēta, & diuidua educatur, tota erota, partē ex parte. Quare ut essentialē de habet, non nisi extensam & diuiduā, hoc est originē & causā suā similē habere illā potest, estque, à magnitudine inseparabilis: At quae aliud naturā habet virtutis, est ad magnitudinē perficiendā accedat, quia tamen essentialē à magnitudine nequaquam accipit, nec in se extensionem, nec alia vlla inquinatur illius habere potestque ab ea separari & per se existeret.

Duplice porro perfectione potest haec forma magnitudini tribuere: aut actus primū & essentialē, aut actus secundū & operationē diuina. Primus motor atque intelligentis ceterae altero horū modorū, altero intellectus humanus in magnitudine virtutes sunt. Sed ut illae intimas licet omnes caelestium corporum partes permeent, singulisque vniatur, cum illis tamen non extenduntur, nec diuiduae fiunt: ita neque hic habet illam ex corporibus nostris contrahit, licet illae ad actum secundū motus, hic ad actū primū essentiae commingatur. Quoniam vterque actus, & vtraque virtus aliunde, quae ex magnitudine, cui vnitur, essentialē & naturā habet. Propterea vterque separabilis est. Tercio, ex illius gradus; quibus posset virtus dici esse in magnitudine. Primus proprius, qui formae est materialis & pēdens, ex magnitudine. Alter minus proprius, forma, quae dat esse materiae, immaterialis ipsa cum sit, neque à magnitudine pēdens. Tertius demū assistens solū formae magnitudinēque mouentis. Hic intelligitur est moticū, alter animae nostrae; primus ceterarum formarū. Supra omnes addēdus est Deus, qui virtus est nullo modo in magnitudine, sed penitus abstracta: nisi quatenus immēsitare sua replet omnia addeque omnibus. Quae quā hęc non cognouit Philosophus, qui eum primū esse supremi orbis motorem credidit. Vbi ergo primū motorē probauit virtutē non esse in magnitudine, id ipsum proballe dixeris, quod post in *3. lib. de anima*, de intellectu nostro demonstrat, cum impermittit eum esse ostendit, hoc est non materiale & corporeae virtutem. Eodemque argumenti genere virtutemque conficit. Nempe ex operatione. Alterum ex colorum motu, qui & aeternus & cum tempore esse debet. Alterum ex intellectione, quae omnia

omnia comprehendit. Quod si quis obijciat, ita fore, ut non probauerit primū motorem atq. intelligentias ceteras nequaquā esse formas cœlorū essentialis; eōq. saltem modo virtutes in magnitudine esse, quo anima nostra esse dicitur. Non defuerunt sane, qui ita senserint rem habere. Ego verò Philosophū dicam, illud tunc non demonstrasse, sed tanquam antea demonstratum accepisse. Nam à tex. 45. vsq. ad 54. primum motorem probauerat aeternū esse atq. immobilem, tum per se, tum ex accidenti. Quod si forma esset essentialis, moto cœlo ex accidenti moueretur. Hoc autem demonstrato, ex quo manifestū erat partem eum & formam cœli non esse, probauit nec omnino esse corpoream virtutem; quæ ad mouendum cœlū accederet. Verū hæc alterius loci sunt: nunc ad rem præsentem satis.

Vndecimō verba illa nobis proponūt, quibus Aristoteles in 10. lib. de moribus ad Nicomachū c. 7. de Theoretica felicitate loquēs, quā in intellectu operatione ac cōtemplatione posuit; Non enim, inquit, quatenus homo est ita uiuet, sed quatenus diuinum quid in ipso inest. Ac rursum, si intellectus diuinum quid est, si ad hominem respiciamus; sic vita, quæ ex intellectu traducitur, si humane vitæ cōparetur, diuina etiam ipsa est. Hęc namq. inquit, aperte testantur Philosophi sententiam fuisse, hominis formam, quæ homo est, non intellectū, sed aliam quandā esse: intellectū autē tāquam diuinum quidpiam illi adesse.

Mihi verò mōstrorum planē videtur ac portentosum, felicitatem, quam propriissimū homines bonum esse oportet, non in propria ipsius, sed in externa substantia operatione ponere. Tanquam, abest, ut id sibi uoluerit eo loco sapientissimus Philosophus, vt cōtrarium prorsus postremis illius eiusdē capitis verbis affirmauerit; quibus ea, quæ ab aduersarijs obijciuntur nobis ad hūc modum interpretatur. Quod enim, inquit, nature vniuersū propriū est, id præstantissimum, ac iucundissimum vniuersū, est. Ergo homini quoq. vita, quæ ex intellectu traducitur; siquidem maximē id homo est. Quid igitur inquit hominem non esse hominem per intellectum, si intellectus maximē homo est, illiusq. operatio nature hominis accōmodo datissima & propriissima; Nā quod antea dixit, vitā, quæ ex intellectu traducitur, diuinā esse; ac præstantiorem, quā homini cōueniat; propterea dixit, quod homo tribus modis considerari possit. Aut quatenus intelligens est ac mente valere cōtemplationeq. fruatur; aut quatenus ciuile animal & politicum atq. in agendis rebus versatur, mentisq. illam cognitionem ad actionem refert; aut demum quatenus ex corpore & anima seu ex intellectu & sensu cōpositus est. Cum igitur Theoreticam felicitatem in solius intellectus functione, vt omnīū præstantissima & diuinissima, posuisset; actionem eam meliorem multo ac nobiliorē esse dixit, quā sit actio ciuilis hominis, dū ex morali virtute operatur, in qua felicitas actiua cōsistit. Hęc enim homini cōuenit, vt homo est, hoc est vt ciuile animal & cōpositum quidpiā ex anima & corpore; ex cognitione & actione, ex intellectu & sensu perturbationibus, in quibus edomādis versatur moralis virtus; illa, vt intelligens est Deōq. ac separatis mētibus simillimus. Priorem appellat vitam secundū intellectum, hoc est hominis quatenus intelligens est: posteriorem, humanam vitam seu hominis vt homo est, hoc est, ciuile animal ex anima & corpore, ex intelligente ac sentiente natura cōpositum. Etenim homo nominatur eo loco velut mediū quidpiam inter se-

A paratas mentes & animalia rationis omnis expertia: illis quidē inferius, his autē superius. Conuenit nāq. homo cū illis, quod intelligat; cū his, quod sentiat ac perturbationibus incitetur; medijs inter vtrāq. naturam, quod ratione sensui ac perturbationibus dominetur, eāq. ad recte rationis præscriptū moderetur. Intelligere & contemplari diuina vita est, id est, Deo & intelligentijs similis: perturbationibus duci eiq. obtemperare, bestialis: virtute illas ac ratione frenare, humana. Prima intellectus Theoretici est, postrema practici, quia prudentia maxime nititur; quæ superest, sentientis appetitus. Quare cum intellectus practicus & Theoreticus eadē animę facultas sint; si practicus, humane vitæ principium, hominis existit forma, qua diuersus à bestijs est, erit quoque Theoreticus, quo homo est homo, separatis substantijs perfimilis & cognatus, melior ac superior tū bestijs, tum seipso, quatenus altero illo modo consideratur. Verū etū hæc vita non humana, sed diuina propter eam, quā exposui, causam dicitur, quoniam solo intellectu viuere soliq. contemplationi vacare, supra hominem est, superiorūq. substantiarū propriū: verē tamen alio modo humana est, imo maxime humana, quia maxime & per propriā eius formam illi conuenit. Quod postrema illa, quæ citauimus, eiusdē capitis verba testantur. Itaq. ex hoc ipso loco cōtrarium prorsus cōficitur, quā aduersarij velint.

Duodecimo præuocant nos ad 1. lib. 12. Metaph. vbi cum intellectus diuinus diceretur, eo quod sit à materia abiectus, impartibilis esse, quoniam omne abiectum à materia impartibile est, huiusmodi quoque humanus intellectus esse asseritur. Non est igitur is materie forma, sed substantia separata, vt intelligentia cetera.

Respondendum est, non truncatam, sed integram sententiā adferendā esse. Cū enim in intellectu primo affirmasset Philosophus idē esse id, quod intelligit, id quod intelligitur, & intellectiōne, deindeque quæsiisset, an is cōpositorum sit; quoniam si ea intelligit, per partes intelligere videtur; id eōq. mutari dū ab vna trāsit ad aliā. Respondit impartibilem eū esse, quoniam omnino non habens materiā impartibile est, quemadmodū humanus intellectus, aut qui cōpositorum in aliquo tēpore se habet. Quo loco certū est sermonem non esse de impartibilitate essentia, sed operationis. Tum quia de hac quærebatur. Tum quia ineptū fuisset probare, Deū esse naturā immateriale & impartibile; siquidē humanus intellectus eiusmodi sit: notiusq. id sit in Deo, quā in intellectu nostro. Neq. tā intellectus diuinus cū humano cōparatur, quod sit sine materiā, quā quod impartibiliter intelligat. Verū hæc operatio non semper, sed aliquo tēpore intellectu inest humano, quādo ad perfectionem perductū totū simul obiectū cōprehendit. Nō enim bene se habet in hoc articulo, hoc est in huius vel illius partis cognitione: verū in toto quodā, quod optimum est. Tunc inquam perfectus est, cum totum simul intelligit. Itaque intellectus noster partibiliter interdum intelligit, dum per partes progreditur atque ab vna ad aliā ratiocinatur: interdum impartibiliter, vbi totum tandem simul comprehendit. Hoc, quod aliquādo in intellectu nostro cōtingit, in diuino affirmat esse perpetuū: quia seipsum intelligēdo totum simul obiectū intelligit. Verbaq. illa (aut qui cōpositorum in aliquo tēpore) adiecta sunt ad declarandum quo modo humanum intellectū nominasset. Non in quā absolute & vniuersè, sed quatenus cōposita intelligit vt arguētum

Homo nec se paratas mētibus & bestibus medius.

12. 1. 12. Metaph. 51.



quasi à minori significaret: si humanus intellectus, qui omnium inimus est & imperfectissimus, quemque certum est còpositum esse, ea tamen ipsa tempore aliquo impartibiliter intelligit, multò id magis imperfectissimo intellectu diuino credendum est esse perpetuum. Quod autem ad essentia impartibilitatem attinet; quoniam intellectus uterq. immaterialis est, uterq. lanè impartibilis item est. Verùm alter, tum immaterialis in se, tum nullius materiae actus: alter in se quidem immaterialis, materiam tamen formans & perficiens. Quia in re cum nequaquam pendeat ab ea materia, quam format, neq. ex ea productus fuerit; nil eius impartibilitas patitur detrimenti: sed perinde impartibilis est in materia, ac si ab omni materia foret abiunctus. Nobis verò licebit potius hoc ipsùm argumentum in aduersarios nostros retorquere. Nam si intellectus noster non semper vt abstractus, sed aliquo solùm tempore impartibiliter intelligit, ad eamq. intellectionem per partes ex sensibus & phantasia ratiocinando progreditur; non est igitur is omnino à materia abstractus: quin verus materiae actus, veràque forma.

Hec fermè sunt, que illi ex Aristotele congerunt, vt eorum ostendant intelligentem animam nostrorum corpus formantem formam non fecisse. Leuiores enim quaedam scies prætermittro. Ceterùm nec argumenta desunt, quibus eorum opinio suaderi videatur. Primum illud est, quòd intelligentis animae facultates, intellectus & voluntas, abstractae sunt, nec villo modo in materia: alioqui inharerent illi, cum sint accidentia: non inharere autem tum ex conuersione in se ipsas cognoscitur, tum ex immaterialium conceptione, ex libertate, & alijs, quae antea commemorata fuerunt. At facultates abstractae magis melioris conditionis esse nequeunt, quam anima sit, cuius facultates existunt: anima igitur ipsa abstracta est, neq. cù materia coniuncta; quemadmodum est omnis forma formans, quae essentialiter vitur & est materia. Respondendum est facultates huius animae, intellectum & voluntatē, non magis abstractas dici, quam sit ipsa anima; quòd in qua in ea sola abstracta haereant, non in corpore: propterea inorganicae sunt atq. independentes à corpore operantur. Esse autem in materia duobus modis dicitur: aut accipiendo esse, & pendendo ab illa; aut dando illi esse: priorique modo reliquae materiales formae sunt in materia, posteriori intelligens anima.

Intellectus & voluntas ut abstractae, vel in anima.

2. Alterum argumentum est, quòd hæc anima propria habet operationē, cuius ipsa principium quod & integrum est, quamq. à corpore separata exercere valet. Hinc enim cognoscitur perfectam eam esse & integram substantiam: quippe sola supposita & integræ naturæ principium quod operationem sunt. Alterius igitur formans forma non erit. Verùm ex eo, quòd propriam habeat operationē, nil aliud sapienter colliges, quam id, quod Aristoteles collegit, eam à corpore non pèdere, per seq. subsistere & separari ab eo posse: non item perfectam & integram esse substantiā. Nam oculus quoq. propria habet operationem & perse subsistit vt pars; nec tamen perfectam eas est, sed alterius pars. Estq. anima principium quod partialis suarū operationū; suppositū autem & integra natura principium totale & integrū.
3. Tertium argumentum: si anima format materiam, necesse est & illam esse aptam formare, & hanc formari: quod si ita sit, potestatem naturalem habebit materia ad intelligentem animam, hæc q. ipsa nō minus, quam cætera, ex materiae potestate educetur.

A Neq. enim satis esse videtur id quod dici solet, materiam habere potestatem recipiendi hanc animam, non item vt ex ea educatur. Tum quia suscipere anima in materia vt in vase aqua, neque homo esse vt vnum ens per se. Tum quia dispositiones plurimas, quae antecedūt, maiorem quam primum indicant potestatem. Et cum ipsa quoq. materiales sunt, materiam nequeunt ad immaterialem formam determinare, quae essentialiter illi vniatur; sed solùm præparare organum, quo operetur.

Omnino concedendum est animam esse aptam formare, materiamq. formari, si essentialiter vniantur, & efficere vnum perse. At non continuo consequens est educi formam ex materia oportere, sed solùm actus, & potestatis proportionē adesse. Quilibet enim formam, vt actus est aptus perficere, potestas materiae respicit: actus autem vel materialis est vel immaterialis. Materia quoad vnionem apta vtrumq. respicit, quoniam ab vtroq. perfici potest, sed quoad educationem, solùm actum materialem respicit, qui solus est aptus ex illa educi. Neque vna educationē postulat, sed proportionem vniendae partiū. Hæc q. ipsa proportio facit, vt anima nō suscipiatur in materia velut aqua in vase, sed vt actus essentialis in eiusdem generis potestate.

Quartum argumentum: Intelligentis anima immortalis cum sit, si formans forma fuerit, vni perpetuo formandi habebit: at corpus est mortale & caducū vis igitur illa formandi perpetuū erit frustrata & confusa, animaq. imperfecta & in statu violento. Partem sanè animam perpetuū formandi vim habere, nec corporis defectu fit, vt non semper formet. Neq. immutata est illa vis animæ separate: tum quia suo respectu formatur: tum quia post corporis reuolutionē naturam formabit, & quidem sempiternū tempore, quia vna anima, sic corpus quoq. erit immortale, & sempiternū. Fortasse & dixerit quispiam absurdum non esse aliquid esse otiosum in indiuiduo, si in tota specie non sit: sunt autē semper plurimæ animæ actu formantes.

D Quintum argumentum: Omnis forma formans aliquam materiæ & còposito tribuit operationē, siquidē còpositi finis est operatio: at intelligentis anima nullā impertit nec impertire potest, quia nō nisi corporeas & immateriales operationes habet. Videat quicūq. ita argumentatur, eam corpori seu potius homini toti operationes tribuere, tum vegetes & sentientes, tum vero intelligentes: quae eam sola heret anima, totius tamen hominis sunt, quod ab anima essentiali hominis parte proficiscantur. Nam & visio solius oculi actio est, & homini tamen toti tribuitur.

Sextum argumentum ex vnione ducitur. Anima formans forma sit, essentialiter vni debet corpori at vniiri à nullo potest. Quippe dispositiones, quae maximè viderentur vniire, materiales sunt: & agens quoq. quod eas producit, materiale est, neq. hæc immaterialis formæ vnionem attingere possunt, alioqui educationem quoq. illius ex materia attingeret. Verùm essentialē vnionis vim iam dictum est in actus & potestatis proportionē quærendam esse. Accidentariè verò à dispositionibus pendet, quibus ad hanc formam determinatur materia, ea que quodā modo in materia intro ducitur, atq. in ea determinatur. Et quid mirū, si materiales sunt dispositiones, cui subiectum, quod illis disponi ac determinari debet, materiale quoq. sit: Quod si efficientē causam queramus, tum à Deo creatore illā in materia vniatur, tum à naturali agente materiam opportunè disponente.

Iam ad alteram sententiam nostrae partem oppugnandam, quae de illius formae multitudine erat, hoc primum adferunt aduersarij ex tex. 49. lib. 12. Metaph. Quae cumque multa numero sunt, materiam habent intellectus autem cum materia permixtus non est 3. lib. de anima tex. 4. Sed aut vniuersè fallum est, causam, cur natura quaequam indiuidua fiat & numero multiplicetur, materiam esse, deque materialibus solis, & formis, quae educuntur ex materia, verum. Haec namque, ut esse, sic unitatem inde accipiunt, numeròque multiplicantur, dum ex alijs atque alijs materia partibus producuntur, ut in t. 28. lib. 7. Metaph. Aristoteles ipse interpretatur. Alio qui in immaterialibus non esset unitas simpliciter, si ea sola, quae speciei est, adesset. Sin autem numeri unitatem habent, iam haec unitas absq. materia consistat. Intelligentia autem ab omni materia separata, etsi differre specie dicatur, indiuiduae tamen, singulares, & numero vnae sunt singulae, cum in natura subsistunt. Quidquid enim existit, singulare & numero vnum est. Atque, ut ex materia, sic ex entitatis & substantiae diuisione per singulas productiones & existencias, numerales prouenit multitudo. Et Deus ita est vnus, ut multiplex natura esse nequeat, sed sola persona trinus. In angelis vero probabilius multo sapientissimi verò senserunt, plurimos in eadem specie contineri. Deinde duae quaequam Mathematicae lineae, duote circuli numero solam differunt, à materia tamè abstracti. Immo materia ipsa singularis est, & numero vna. Quia cum unitas affectio sit entis, res vnaqueque, siue materialis, siue immaterialis seipsa est vna; specie quida aut genere, dum essentia sola graduumque, essentialium coniunctio spectatur; numero autem, quatenus producta in rebus extra suas causas existit: quae essentia in materialibus est materia & forma, in immaterialibus sola forma. Aut si materia omnino velint multitudinis causam esse, animas nostras responderetur per ordinem ad materiam multiplicari; plurèsq. ac tam multas à Deo produci, quam multa sunt corpora, quorum illa actus futurae sunt. Est enim in seipsis indiuiduae sunt per eam entitatem, quam à Deo accipiunt; quoniam tamen eam accipiunt, ut sint corporis formae, per ordinem ad corpus indiuiduari dicuntur.

Alterum eorum argumentum est. Multitudo data est ad corruptibilitatis defectum suppleendum, ut ex tex. 34. & 35. libri 2. de anima intelligitur; in solis igitur corruptibilibus numeralis multitudo est, non in intellectu, qui immortalis existit. Ad hoc argumentum in superioribus responsum est.

Tertio extat probatio illa primi libri de Caelo, quae à tex. 125. & deinceps ostendit ingenerabile & incorruptibile, ac rursum generabile & corruptibile reciprocè dici. Si igitur intellectus multiplicatur, & in dies singulos alius atque alius in hominibus singulis producitur: corruptibilis sanè dicitur, vel si incorruptibilis est & sempiternus, ingenitum item esse oportet, eundemque semper in omnibus.

Hoc ipso argumenti genere ad mundi aeternitatem astruendum vsum aliquando legimus fuisse Proelū. Sed respondendum est, duobus modis posse generabile & corruptibile nominari. Nam si propriè & per comparationem ad naturales causas loquamur: id dicimus, quod naturalis agentis virtute per motum ex materia productum sit, & in eam rursum dissolui queat. Verum ampliori significatione illud nominare licet, quod quouis modo, siue ex materia, siue sine materia producitur, atque incipit esse, cum antea non esset; rursusque aboletur & extinguitur, esseque definit

siue naturalis, siue superioris, alteri, ac diuinius causa virtute atque actione. Vtroque modo generabile & corruptibile retro comèat. Sed quæ admodum generabile dicitur, ita & corruptibile accipiendum est. Quod igitur naturalis agentis actione ortum ex materia habuit, materia formam aliam desiderante potest ab agente contrario ab ea repelli, hoc est corrumpti: siquidem aliud esse non habeat, quàm quod ex materia pendet. Atque hoc principio vniuersa illa Philosophi probatio nititur: siue quod alij generationis modum satis perspectum haberet: siue quod de materiali hoc & composito mundo loqueretur, qui cum formam habeat in materia, si productus est, per veram generationem, formæque ex materia educatione produci debuit. Quare corruptibilis quoque fuerit. In immaterialibus autem manifestum est generabile & corruptibile nominari hoc modo non posse: quod materia non habeant, nec ex materia aut à naturali agente produci queant. Quo magis miranda est aduersarij sapientia, si hac vocis acceptione intellectum aut mundum corruptibilem fore deducant, quoniam genitus est. Vt igitur eorum neuter à naturali vilo agente ex materia productus est, sed à solo prepotenti Deo ex nihilo uterque creatus: ita neuter à naturali causa potest extingui, à Deo duntaxat in nihilum redigi. Generatio & interitus ex materia & in materia est; creatio & annihilatio ex nihilo & in nihilum. In vtraque, cernitur reciprocatio: sed in altera non nisi in materialibus & corporeis rebus, in altera in immaterialibus item & incorporeis: illa naturalium agentium, hæc solius Dei virtute. Si de altera loquuntur, ingenerabilis est & incorruptibilis, tum mundus tum intellectus: sin de altera, vterque & generabilis est & corruptibilis. Nihilque absolute ingenerabile est & incorruptibile, nisi solus Deus qui superiorem causam, à qua pendeat, non habet. Aristoteles tamen qui Dei vim infinitam, qua ex nihilo aliquid producere, atque in nihilum redigere queat, non cognouit, hæc omnia planè non intellexit. Sed de sola generatione & corruptione prioris generis loquens, generale & corruptibile, ingenerabileque, & incorruptibile dixit reciprocari. Quae quidem vera sunt: at in intellectu, quem immaterialem esse perspexit, ingenerabile & corruptibile vere reciprocantur, non item generabile & corruptibile. Quin etsi per omnes horas de nouo producat, non gignitur tamen, sed accedit extrinsecus.

Hinc iam quartum prodit argumentum. Intellectus non gignitur ex materia (immaterialis enim est & sempiternus) si de nouo igitur producat, ex nihilo creati eum oportet: productionis hunc modum nequaquam Aristoteles nouit.

Ac rursum quintum ex 8. Physic. libro. desumptum, ab aeterno agente nouum proficisci effectum non posse.

Et vero etiam sextum, actionem Dei tantopere Philosophum limitasse, ut sine caelorum motu, causisque secundis producere nihil posse.

Ad hæc omnino vniuersè primò dicendum est, Aristotelem, ut ex sensibus, rebusque solum sensatis Philosophatus est, sic de ijs, quæ à sensibus remotiora sunt, assequi omnia non potuisse: de Deo inquam, de separatis mentibus, deque anima nostra: Animam hanc formantem esse formam cognouit: & ideo tum hominum numero multiplicatam, tum corpora nostra non antecedentem. Modum, quo singule de nouo in singulis producantur, cum quereret, ex operatione abstracta & in seipsam redeunte, ceteraque omnia comprehendente intellexit statim eam habere substantiam abstractam impermixtamque materie: ac proinde ex materie & corporis potestatem



te, quemadmodum plantarum ac tutorum animas, actione feminis non produci, verum aduenire forinsecus, substantiam, non a corpore pendente, nobis innatam. A quoniam vero, an a Deo diuisio, secundis, an ab anima mundi, & quo modo, produceretur, nec assequutus est, nec assequi potuit. Tum quod ex sensibus solis Philosopharetur, in quibus nihil est, quod illuc eum perduceret. Tum quod ea suae Philosophiae fundamenta iecisset, quae aditum omnem verti praeciderent. Hic igitur haesit: nec tamen, quae assequutus fuerat, tacuit. Idem in quaestione de immortalitate illi accidit. Nam ex inorganica operatione atque impermixta substantia, separabile esse, neque cum corpore interire, optime vidit. At quomodo intelligeret separata, quid ageret, quae traduceret vitam, ubi degeret, plane nec satis explicauit, nec fortasse intellexit. Interim tamen cum in hominis procreatione organicum corpus videret a maris formari feminis, atque ad animam suscipiendam disponi, per easque dispositiones aduenientem animam substantiam illi vniri atque integrum existere hominem, pluribus in locis hominem dixit gignere hominem. Et sole interdum adiunxit & caelum, velut superioris & generalis causam, quae ad materiam solam praeparationem & animam vnionem, quae efficitur homo, non item ad ipsam animae substantiam, pertinent.

Deinde respondere licet creationem huiusmodi vnus partis ac dimidiatae substantiae, quae non per se, sed in disposito subiecto produceretur, eum fortasse non negasse. Cum caelum praefertim & particularem causam cerneret ad praeparandum corpus animamque vniam concurrere, atque actionem supremam illius causae quasi determinare. Sic enim caelum quoque agens illi eternum, nouos in dies effectus habet, dum a singulis causis determinatur illius virtus atque ad effectus singulos propemodum deriuatur. Denique ad haec omnia responderi posset, non omnia Philosophi scripta ad nos peruenisse. Fortasse autem in Eudemo, dialogo de anima, quae Themisti c. 37. & Simplicio in extremo comment. 161. citant: aut in opere aliquo de intelligentijs abstractisq. substantijs, permulta eiusmodi ab eo explicata fuisse: quae nunc nos diuinare non possumus.

7. Anima
vni vnus
muru.

Septimum argumentum ex illis locis peritur, in quibus nullum esse infinitum demonstrat: videlicet in 3. lib. Physic. & 1. de Caelo. Si enim alia atque alia animae alia atque alia nascuntibus hominibus produceretur, cum is aeternum fecerit mundum, infinitus, nimirum esset animarum numerus, quemadmodum innumerabiles homines existerent: ex quo omnes nunc simul existerent, quod omnes sint immortales.

Sunt qui nihil aliud, quam ingenuam confessionem respondent: Aristotelem in quibus hac in re sibi contradixisse, neque vidisse omnia, quae altera illa de mundi aeternitate assertionem consequerentur. At ego adduci non possum, vt summum Philosophum credam in re graui non animaduertisse, ex duplici illa propositione; Innumerabiles animae antecesserunt; & humana anima est immortalis; hanc conclusionem necessariam deduci; sunt igitur actum innumerabiles anime. Praefertim cum de infinito dum loqueretur, hominis non semel meminerit: neque ex alia, quam humana specie, in t. 37. & 38. libri 3. Physic. exempla protulerit. Non desuerunt, qui certum animarum numerum in diuersa corpora migrantium esse propterea dicerent potuisse: atque hoc solum a Pythagoricis discrepasse, quod hi in bestiarum quoque, in humana duntaxat corpora migrationem faceret. Thomas quidem certe Cajetanus

A in commentarijs ad primam Theologicam summam sancti Tho. parte quae 46. art. 2. si mundus aeternus generus, incommo dum hoc vitari non posse scriptum, tunc homo dicitur non fuisse aeternus, aut singulari Deo miraculo vnus homo infinito tempore vixisse. Tertius potest verum capisse alios homines procreare. Quod ipsum de asino loquutus est Scotus in 2. sent. lib. dist. 1. quae 3. Heruicus quae 5. de eternitate mundi hoc argumeto coactus est affirmare, mundum hoc modum quo nunc se habet, nequaquam potuisse ab aeterno fieri: sed si aeternus fuisset alium habiturum esse fuisse modum & ordinem. Vel enim certus immortalium hominum numerus potuisset: vel vni aut pluribus ab aeterno dedit dari vis gignendi in tempore: vel reliqui mundi partibus ab aeterno productis homo in tempore condi. Ac demum Franciscus Ferraricus in com. 2. lib. 2. contra gentes, si mundus fuisset aeternus, aut certum futurum animarum numerum in alia atque alia corpora migrantium, aut mortales eas futuras.

Ego hac de re dixi etiam in 2. lib. cum de quantitate cogitaretur. Nunc duo constat pronuntio. Alterum est haec esse maximam esse difficultatem, qua in eo possit vixisse Philosophus, quod mundum aeternum fecerit. Quam esse vidisset explicare se non posse, omnino distimulauit. Nec tamen de intellectu multitudinis & immortalitate cognitum veritatem negare, neque politum mundum generationis eternitatem infirmare voluit. Ita, vt in alijs pluribus, quae ad haec animam pertinent, praeter haec haesit. Alterum autem, eum non existimasse absurdum hoc finiti genus. Sive quod perfectum non sit & commutari parte infinitum: sed altera duntaxat, qua non datur prima anima: altera autem, qua datur vltima, finitum. Sive potius quod non ad euertendum quodlibet infiniti genus rationes eas aduixerit: sed illud solum, quod in materialibus rebus, quantis & occupantibus hoc, ac permanentibus cogitari posset. Quod ex duobus licet cognoscere. Primum, quod haec ipsa difficultas, quae de nostrarum animarum infinito numero proponitur, de plerisque alijs proponi posset de infinito quoque caelestium circumuolutionum numero, de generationibus infinitis in quolibet entium sublanari genere, de indiuiduis in vnaquaque specie infinitis, alijsq. pluribus; quae etsi actum non existunt, infinitas tamen in vnoquoque horum genere numerus actu pertractabilis est. Neque enim actum simul permanere proponitur illa difficultatem adfert; nisi propter loci occupantibus: quae in immaterialibus nostris animabus locum non habent. Quocirca non magis, quam in ceteris non permanentibus rebus, absurdum is Philosophus agnouit. Deinde quod in t. 24. 34. & 39. eiusdem illius 3. Physic. de infinito duntaxat in rebus sensibilibus agendum proponitur: quod enim dicitur di sunt res, quae a Physico considerentur. De abstractis enim & immaterialibus non agit. Adde quod veteres Philosophi, aduersus quos disputabat, in sensibilibus ac sensibus illud posuerat. Propterea in eodem t. 39. tanquam nimis generale, & quae ad Physicam non pertineat, praetermittit questionem illam, an in mathematicis & intellectibus, ipsiq. quae nullam habent magnitudinem, infinitum reperitur. Nec modo in t. 43. 49. 51. 53. 54. & 55. ex loco, qui rebus tantum materialibus & quantis conuenit, infinitum impugnat. Verum etiam totam infiniti rationem, quam agnoscit in numero, ex continua diuisione petit: quoniam ex illius diuisione creatus numerus. De solo igitur eo numero loquutus est, qui de genere quantitatis est, qui, in rebus quantis & materia constantibus reperitur: non ite de transcendentem multitudine, quae omne ens comitatur, & in immaterialibus

Intell
dicit
sitate
quod.

immaterialibus quoq. cernitur. Neq. ex vniuersa illa de infinito habita disputatione quidquid licet colligere aduersus immaterialiū rerum, qualis est anima nostra, transcendente infinitū. Nos vero, qui mundū nō aeternū, sed de nouo conditū fuisse certa fide ac religione tenemus, nullam hic difficultatē patimur.

8. Tribus præterea videtur Auerroës argumentis. Primum est, si intellectus esset numero multiplex, intellectibile quoq. numero multiplex foret. Fateor ita esse, si sermo sit de ipsomet intellectu, qui non solū intellectus est, sed & intellectibilis. Quot enim sunt intellectus eiusmodi, tot fuerint intellectibilia. At in intellectibus ceteris ab intellectu diuersis secus habet. Quin eadē intellectibus omnibus intellectibilia proponuntur, sicut & sensib⁹ omnibus & phantasib⁹. Itā oportet multiplicatis eadē sūt sensilia, eadē imaginabilia obiecta. Nā vt nō sentimus insonē, neque phantasia actionē imaginamur, sed eternū obiectū: ita nec intellectiōnē, seu intellectibile specie externas intelligim⁹. Itaq. intellectibus omnibus eadē proponuntur, tū materiales, tum immateriales; siue singula sint, siue vniuersa atque à particularibus conditionibus absolutē vt solā rei naturā significat.

9. Alterū argumentū est, si multiplex esse intellectus, tū ipse, tū forma, quas susciperet potestate foret intellectibilis: neq. ipse actū intellectibilis esset, neq. vniuersas intelligeret. Cui respondendū est, nō singularitātē, sed materialitatē, aut intellectiōni repugnare, aut ē efficere potestate, nō actū intellectibile; vt ex t. 15. & 16. licet cognoscere. Etenim intellect⁹ separati singulares sūt; actū tamē intellectibiles, quoniam immateriales. Non omne itē singulare singulare formas suscipit, nō vniuersas; sed id solū, quod materiale est. Intelligere autē oportet, intellectiōnē omnē per se consideratā secundū suū esse formale, vt ab intellectu proficiscitur, atq. in eo suscipitur, singulare esse: quippe actio est & qualitas singularis intellect⁹. Quoad repræsentationē verō, tū singulare dici, tum vniuersā, quā eadēmodū ea res fuerit, quā intelligitur. Quare hoc nō ex intellectu petitur, sed ex obiecto, quod intelligitur. Sūt in qui intellectiōnē vniuersale obiectū repræsentantē actū intellectibile dicat; potestate autē, tū eā, quā singulare obiectū referat; tū intellectiōnē omnē secundū suū esse formale consideratā: fieri q. actū, cū intellectiō vniuersa ab hac & illa intellectiōne abstrahitur. Ego vt intellectū puto nō solū res vniuersas, sed & singulas per se intelligere: sic intellectiōnē omnē vtrouis modo consideratā intellectibile actū esse arbitror. Quoniam immaterialis est, omnēq. immateriale Aristotelis ac vera rationis decreto intellectibile actū est. Solū materialia singularia potestate intellectibilia esse dicuntur, habere q. rē intellectā à se diuersā, quoniam separari debet à materia, cū qua cōcreta sunt. At quod à materia abiunctū est, tū intellectibile existit, tū rē intellectā à se diuersā nō habet, sed ipsummet est res intellecta. Tantū abest, vt (quod Auerr. obijcit) abeundū in hoc sit in infinitū.

10. Tertium argumentū est, si in hominibus diuersis diuersū numero essent intellect⁹, quis aliū docet, deberet in eo scientiam diuersam numero producere, quemadmodū ignis in subiectā materiam producit ignē. At scientia nō est qualitas ex earū genere, quæ agendi vim habet. Aut igitur nō posset præceptor in discipuli animo scientiā gignere, aut vnum dicere oportet in docente & discere intellectū; eandēmq.

scientiā, quā præceptor habet, discipulū addiscere, dum ad eam recipendam à præceptor excitatur.

An ergo quoniam pſittacus & alia quedam animalia humanā vocē imitantur, idē numero sit in homine atq. in illis intellectus, eademue phantasia? An potius si idē sit in hominibus omnib⁹ intellect⁹, nulla fuerit opus doctrina, nulla disciplina: sed eadē, quæ in vno esset scientia, esset itē in omnibus: Itā verō intellectus multitudinē existente, scientia, quæ in vno est, similē scientiā gignit in alio: nō propria illa & vera actionē, quæ inter alteratrics cernitur qualitates, sed alio quodā spiritali, minūq. proprio actionis genere. Vt enim sensilia aut intellectibilia obiecta in sensum aut intellectū dicuntur agere, dū facultates eas ad sui cognitionē, hoc est ad similitē formā promendā mōuent. Itā discipulus doctoris vocē audiēs, quæ tū animi notionū, tū rerū, quarū notionēs sūt, signū est, ab ea ad similes notionēs formandas, mētēque concipiendās permouetur; quibus sæpius repetitis scientiā habitus comparatur.

Verū enim uero hic sit disputandi finis. Satis enim superq. demonstratū est Auerrois illud figmentū de vniuersa, assistentiāq. intellectu, miuimē Aristoteli ac rationi cōsentaneū esse; immo maximē aduersari.

Quoniam 1. opinionis illius inuentor atq. architect⁹ nō fuit Auerroës: Sed ante illū Themistius in ca. 24. lib. 1. & c. 32. & 33. lib. 3. iisdē, propemodū argumentis: vt Themistio Auerroës illā derivasse credi facile possit. Etsi Themistius nō assistentē, sed essentialē & formatē formā fecit; neq. tā de anima, quā de agēte intellectu, loquutus est vt ex c. 2. 27. lib. 3. manifestū est. Ceteris nunquā vniuersa uenit in mentē. Assistentia interdū Philopono, vt videre est in præfatione 2. lib. & com. t. 1. Tamē in com. t. 11. rationalem animā dicat corpora nostra viuificare, omniūmq. illis operationū ac motuum principū esse, quasi hæc sola insit in nobis anima: & quoad alias quidē operationes inseparabilē eā esse à corpore, quoad intellectiōnē autē separari posse. Ac rursū ad inītiū lib. 3. in eo rationalis animæ substantiā quartū dicat: non quæreret autē cū ceteris animab⁹ à naturali Philosopho eius substantia, nisi corporis esset forma, vt cetera. Quin etiā in expositione illius t. qui Auerroei primus est in hoc lib. & rursū in ea verba t. 20. (& hoc solū immortalē est & eternū) nō agi de intellectu, qui exterius sit & per se cohercat; sed de eo, qui pars animæ existat. Quoniam cū sint multa, quæ ad corporis cōstitutionē cōferunt, hæc quoq. anima ex illis est vniuersa. Perinde autē, esse formā esse cōstituentē corpus, & esse formatē. Deniq. in eodē t. 1. quæstionē ait proponi, nū intellectus à corpore separabilis sit, an inseparabilis, vt animæ ceteræ. Quæ sanē quæstio locū nō haberet, nisi vt ceteræ, corporis esset forma. Si enim assistēs duntaxat foret, quidnō separari posse? Quocirca in cō. t. 65. lib. 1. cū argumentū Alexandri tractaret quo rationale animā nostrā inseparabilē esse probauerat, quoniam est forma, omniūq. forma inseparabilis est à materia, cuius est forma. Fateatur eam esse formā, & quod in t. 7. li. 2. cōprehensā; vbi omnē animam corporis entelechiam esse definiuit: sed duplicē formā distinguit separabilē vnā, alteram inseparabilem; rationalemq. animam respondet prioris generis formam esse. Simplicitus verō ad t. 55. lib. 1. eam ait, tum viuificare corpus, tum mouere; instrumētūmq. informare atque efficere vt viuaciter moueatur. Non enim, inquit, rationalis anima instrumentis vteretur ab irrationali vita formatis effectūq. quoniam huiusmodi vltus externus esset,

Historia
interpretum
de
anima
omnino
sententia.

Intelle
ctus per
se
quid.

66
66
66

